



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Vt Lite, Non Contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad  
sententiam definitivam. Titvlvs VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

## CAP. II.

*Modus procedendi datus per rescriptum in causa conventionis,  
intelligitur repetitus in causa reconventionis.*

Celestinus III. Rostomag. a Decano.

Rudentiam b. & infra. Sane consuluiti nos, utrum  
cum causa appellatione remota committitur, & reus  
coram eodem iudice auctorem reconvenenterit, & auctor su-  
per reconventionem appellationis obstatulum interponit,  
an sit hujusmodi appellationi deferendum? Nos vero ita  
sentimus, quod cum auctor & rei eadem sit conditio, &  
uno eodemque jure circa appellationis remedium debeat  
uterque censeri, sicut desiderat auctor, ut sibi juxta manda-  
toris reascriptum iustitia fiat appellatione remota: eodem  
modo reconvenienti debet in sua iustitia respondere.

## DE LITIS CONTESTATIONE.

## TITULUS V.

## CAP. I.

*Non per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure pro-  
positam & responsionem secutam, sit litis contestatio, qua omis-  
sua nullius est processus.*

Gregorius IX. Abbatu sancti Ioannis in vme.

**O**lim inter Episcopum Noviemensem ex parte una,  
& capitulum ecclesie sancti Quintini ex altera,  
super quibusdam injuriis, & excommunicationis  
sententias: & quibusdam alii articulis orta fuit  
materia questionis: & infra. Iudices factis quibusdam  
positionibus & responsionibus ad easdem: auditis  
etiam, quae partes voluerunt proponere coram eis,  
causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. Pro-  
curatoribus igitur partium propter hoc in nostra pra-  
sentia constitutis, quamvis positiones & responsiones  
hincide super pluribus articulis facta fuerint coram  
judicibus memoratis: quia tamen litis contestationem &  
non invenimus esse factam, cum non per positiones &  
responsiones ad eas, sed per petitionem in iure pro-  
positam & responsionem secutam contestatio a litis fiat:  
processum ipsorum defixatum nostrorum consilio irri-  
tum duimus nunciandum.

VT LITE e NON CONTESTATA  
non procedatur ad tessimum receptionem  
vel ad sententiam definitivam.

## TITULUS VI.

## CAP. I.

*Si agatur de adulterio ad separationem tori, & ante litis contestationem res est contumax, potest excommunicari, sed testes recipi non possunt, nec causa definiri.*

Innocentius III. Abbatu sancti Proculi. & L.  
canonico Bononiensi.

**A**d hanc Deum: [ 1 & infra ] Cum causa, qua  
inter R. & B. uxorem ejus vertitur, auctoritate  
Apostolica vobis commissa fuisset, tandem pro-  
curator ejusdem R. libello uxoris, quo virum ad sepa-  
rationem tori, & ut dotem reciperet, de adulterio accu-  
sabat, noluit respondere, donec advocatus ejus veniret,  
inducis postulando. Qui cum hujusmodi sapientendo,  
vobis illudere videtur, tandem ad presentiam  
vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die  
statuto cum crederetur: responsurus libello, restitu-  
tionem uxoris primo fieri postulavit, ne secus fieret appell-

a al. Archip. b Paris. prudentiam sup. de offic. jud. de. &  
4.2. eod. tit. in 2. comp. c Vid. Bart. & Fugaf. & Paulum in l.  
causas. C. de trans. Soc. in reg. 295. d Iun. Ceo. & l. Aurelius. &  
idcirco. ff. de lib. leg. e Vid. Bart. Soc. in fallent. Reg. 296. &  
aliquot seq. f C. eod. tit. in 2. compil.

lando a. Verum quia dicebat mulier se virum habere  
suspectum, & idem procurator nec de muliere impuni-  
tate cavere, nec veltro se curasset postmodum conjectu-  
presentare, vos testes mulieris recipere studiuitis: [ 2 & infra. ] Consultationi veltra taliter respondemus, quod  
licet ordo judicarius in aliis controversiis sit servandus,  
& in matrimonialibus causis, non usquequa servetur:  
quia tamen in presenti negotio non est actum de  
foedere matrimonii, sed de crimen adulterii (per quod  
ad separationem conjugij, non ad conjunctionem tendit)  
qua lice non contestata testes fuerint recepti, &  
attestationes etiam publicatae, five deferendum five non  
deferendum appellationi fuisset, non est ad definitivam  
sententiam procedendum. Potuit tamen prafatus R.  
propter suam contumaciam, vel etiam procuratoris (si  
sciens non purgaverit eandem) excommunicationis senten-  
tia innovari.

[ 1 In Apostol. sede constituit toto ecclasia magistratum, ut  
quia secundum scriptura sententiam fecit Deus hominem rationem  
sed ipse non miscuit quacionib[us] infinitis, ad eandem nos que-  
stionum difficiles referantur, suo redi iudicio dissolvendi. & infra.  
Ad apostolatus nostri notitiam literarum vestiarum infinita  
peruenit quod.]

[ 2 Et attestationibus publicatis diligenter audiis qui fuerint  
ipsi nomine allegatae. Quia vero cum de serenda sententia cum  
viri prudentibus tractaretis, diverso um inveniunt diversa confita,  
quibusdam dissentibus appellacioni simpliciter deferendum, aliis au-  
tem appellacione deferendum non esse, nonnullis etiam afferentibus  
appellationem nullatenus tenuisse, cum mulier non sit refutanda  
vero suspeccio, nisi de imputante sufficiente praesita cautele, vos in  
tanta varietate nos considerare voluistis, qualiter esset in hoc nego-  
tio procedendum. Nas igitur.]

## CAP. II.

*In causa restitutionis, contra contumacem, lice non contestata,  
sententia preferri non potest, hoc dicit, comprehendingo omnem os-  
sum mandamus.*

Idem Hierosolymit. Patriarcha, & Archip. b  
Caffen.

**A**ccedens e: [ 1 & infra. ] Cum in iudicium dele-  
gatorum praefectia, Archiepiscopus Tirenensis, restitu-  
tions beneficium postularet, plebanus sancti Marci de  
Venetiis (contra quem agebat) nihil ad objecta respon-  
dit d, sed ad nostram audientiam appellavit: & licet  
sepe fuisset admontus, ut iuri pareret (quia eius appella-  
tio non tenebat) noluit tamen respondere amplius,  
vel coram eius etiam comparere. Ipse vero iudices (cum  
plebanus in sua contumacia perduraret e) testes rece-  
perunt ab adversa parte productos, & depositionibus  
redactis in scriptis mandaverunt eidem, ut ad eos acce-  
deret, in personas, vel in dicta tessimum objectatus. Quod  
cum facere noluisset f, in ipsum excommunicationis  
sententiam protulerunt, possessionem juris parcialis  
adjudicantes Archiepiscopo memorato: & cum restitu-  
entes in integrum, districtus veterunt, ne quis posselli-  
conem Cirenens. ecclie restitutum proximenter perturba-  
re. Cum igitur g lisorum eisdem iudicibus non esset  
contestata, & manifeste pateret, literas ipsas per veriup-  
pressionem obtentas, (cum manifestum esset duos pra-  
dictorum iudicium, Achonien. videlicet & Berrien. Epi-  
scopos, eidem Archiepiscopo tanquam suffraganeos  
suo Metropolitanu subesse) ac ex his plebanum legitime  
appellasse constaret, in quem (etiam si minus legiti-  
time appellasset) licet iudices ipsi propter contumaciam

a Vid. auth. qui semel. C. quom. & quan. ju. & ibi gl. b Cesa-  
rien. c C. eod. tit. in 2. comp. d Vid. l. ff. si quis ius di. no-  
ob. & l. 2. ff. si quis in ius vo. non je. e al. maiora permane-  
t. f Vid. l. 2. ff. si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. g ordo est.  
Nos cassavimus predictas sententias, cum tu non esset contestata, &  
pareret, &c. & confessare, &c.

excom-

excommunicationis forte potuerunt proferre sententiā, non tamen debuerunt super principali negotio definitivā sententiā, līte non contestata, proferre: predicas cassivimus sententias, inīō cassas denunciamus & inanes. Vnde Tiren. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut ecclēsī S. Marci instrumenta restituant: & etiam universa, quā hujusmodi occasione sententia, per se, vel per alios, occupavit. <sup>a</sup>

[ i. Ad præsentiam nostram ven. f.n. Papben. ep. ven. f.n. Achab. Thibden. & Beriten. Episcoporum nobis literas præsentavat, sententias contentas, quā super causa quā inter ven. f. n. Thyren. Archibishopum ex una parte, & plebanos sancti Marci, ex altera remebatur; idem Episcopi promulgavit: afferebat etenim idem Episcopus memorari per suas literas, quod cum causam ipsam de mandato nostro suisperim terminandam, partes ad suam præsentiam convocarent. Sed plebanus nec eorum literas, in quibus mandati nostri tenor erat exp̄r̄s recipere volunt, nec eorum se consiliis presentavit, sed sc̄dū citatus, licet nec literas eorum recipere volueret, coram eis apparuit, priore absentia sua causa allegans. & inserviō nostrarum literarum tenore, petit etiam inducit & recipit, ab eis licentias abscessit, & statuto die ad eos redire præmitius.]

## C A P. III.

Si līte non contestata reus est contumax, si fieri potest, mittitur eis in possessionem, causa custodia: alia reus excommunicatur.

Idem Episcopo Bruxiensis.

TVA fraternitas & devotio: [ i & 7.] Consultatio- ni tua taliter duximus respondendum, quod si reus līte non contestata & se absentat contumaciter: talisque causa sit, quod actor possit in petitorum rerum possessio- nem induci, est in eadem causa custodia inducendus. Quod si causa talis fuerit, quod idem in possessionem ne- queat intromitti d. utiū pareat, per censuram ecclēsī- sciam est contumax compellendus.

[ i. Consuluit, præterea, utrum si aliquis creatura legitimis per- emporiis poterit noluerit, iudicē līte non contestata, contra ipsam de causā sententiā promulgare, ut idem affectus redio appellations, salutē iudicii se confectus representor. ad quod.]

## C A P. IV.

Recepit testium facta contra non contumacem, līte non contestata in causa matrimoniali est nulla.

Idem de decima & Helemosio & Abbatibus Axel.

& Carnot. dioces.

A coedens f ad fidem Apostolicam nobilis vir Gu. g vicecomes nobis expoluit, quod cum Corisopiten. Episcopus comite Britannia proxima linea confan- guinitatis adiungat: Et Archidiaconus ejus sit clericus commensalis (qui idem vicecomiti est adversarius prin- cipalis, upore qui uxorem b. suam, & terram publice detinere præsumit) & magister P. de terra uxoris sua o- riundi, exstaret nimis favens eidem, & omnes sub di- fīdu existant comitis memorati, nec nisi per districum ipsius ei paterat accessus ad eos, & ipsi (quibus causa in ter ipsam & uxorem suam commissa fuerat) nunquam ei voluerint (nisi in terra inimicorum suorum) locum & terminum adsignare, quo sine mortis periculo accedere non audebat: & licet literas non habuit de con- dūctu, si tamē missa ei fuissent, non debebat se credere suis capitalibus inimicis: [ i & 7.] Mandamus, qua- tenus (cum propinquiores sitis terra nobilis tam dicta,

quam sua, & causa ipsa per vos commodius valeat termi- nari, cū ad vos fecurus a pateat accessus) utrinque b partibus convocatis (si vobis confiterit, quod ante liem legitime contestatam, vel post appellationem ex præmis- sis causis interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa contumacie recepti fu- sent) vos adtestationes hujusmodi decernatis irritas & in- anes, compellentes dictam nobilem, ut revertatur ad vi- rum suum: (quem inconsulte dimisit) ita quod postquam ipse vir plenaria restitutionem habuerit tam uxoris, quam terræ causam super matrimonio audiatis: eamq; fine canonico terminetis.

[ i. Sed quia līte non contestata super consanguinitate testes re- ciperi presumperunt: & infra. Cum igitur in matrimonialibus causis non tam ad disjungendum quam ad conjungendum debeamus exiere proprieores, ne forte quod Deus conjugis homo non separa- re præsumat. djs. v. p. a. s.]

## C A P. V.

Līte non contestata non recipiuntur testes regulariter super prin- cipali. Falsis in causis hic amittuntur: scilicet cū temetur de morte, vel absentia diuina testum: tunc enim servata solennitate hic posita possunt etiam līte non contestata testes examinari. b. d. us- que ad s. parro.

Idem.

Q Voniā e frequentier in dubium revocatur à mul- tis, an līte non contestata testes recipi valeant, au- toritate præsentium duximus declarandum, regulariter verum esse, quod līte non contestata, non est ad recep- tionem testium procedendum. Nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuina: in quibus casibus, cū civiliter est agendum (ne veritas occultetur, & probatio- nis copia fortuitis casibus subtrahatur) senes, & valen- dinarii, & alii testes (de quibus ex aliquarationibili cau- fa timerunt) etiam līte non contestata sunt procudiblio admittendi, seu pars convertita sit contumax, seu sit ab- sens absque malitia, ut conveniri non posset. Sed si actor non conveniens adversarium intra annum, ex quo conve- nienti poterit, vel saltem receptionem hujusmodi testium non denunciaverit illi: adtestationes sic recepta non valeant, ne forte hoc procuret in fraudem, ut processu temporis exceptiones legitime ad repellendum testes, vel alia locum habere non possint.

Cū agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem etiam līte non contestata testes recipi, & sententia de- metra ferri. Si vero reus est absens, sed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, sed expectatur absens. In spirituali vero, si agitur de contrahendo stabilitur iuribus antiqui: si de contrahendo ex- pectatur absens per sex menses. Sed de hoc ultimo, quando agitur de contrahendo, dicitur ut in capi: quam sit. & copi. cupientes, do- celi. in vs. ubi alter est provisum. b. d.

P o r t o Speciales causa possunt occurtere, in quibus casualiter est aliud obserandum, ut (verbigratia) si fu- per aliquis electione, vel copia maritali d. quatuor moveatur. Tunc enim (ne propter longam moram in spiritualibus & temporalibus patiatur ecclesia lesionem, vel viro sive mulieri formicationis occasio præbeat) maximè cū propinquitat gradus opponitur legi di- vina prohibitus) in hujusmodi casibus (si contumax ap- parauerit, in quem fuit actio dirigenda, seu quia per- emporiaria citatione recepta venire contemnit, seu quia militiose seipsum occultat, & seu quia impedit, ne possit ad eum citatio pervenire) testes līte non conte-

a. Vide L. diff. l. C. de condit. ex leg. b. Ca. 3. eod. tit. in 3. compil. c. al. absentaverit. d. introduci. e. de Caw. D. & de thermosina Abbatis. f. Ca. 4. eod. tit. in 3. compilat. g. Al. V. h. Ex qualibet enim harum causarum oritur i. minima capitatio, qd huc per D. & H. tradidit Marcellus L. & præterea. ss. de quatt.

a Secund. b utriusq. c. l. s. eod. tit. in 3. compilato.

d. contrahendo vel contracta, sed si qui absens contumax est, & sic

tertaria & seq. si autem, secund. Hof. Joan. And.

e. utile, con-

tumacia, sum no. ff. de reg. jar.

flata sunt merito admittendi, & nihilominus (si de causa liqueat) ad definitivam sententiam procedendum. Si vero aliter absens fuerit, & agatur de spirituali conjugio inter ecclesiam & prelatum jam contracto, elezione maxime confirmato, illud in hoc articulo volumus observari, quod super expectatione talium personarum in sacris est canonibus definitum. Quod si forsan agatur de spirituali conjugio contrahendo: is qui est in prelatum electus, per spacium sex mensium expectetur, nisi (pensatis negotiorum circumstantiis) per superioris providentiam magis vel minus fuerit expectandus.

Si autem de carnali conjugio sit agendum, tamdiu alterutrum conjugum expectetur, donec de ipsius & obitu verisimiliter presumatur: quia cum sine culpa sit absens, ut si capivirate, vel aegritudine, aut also justo impedimento forsan tenetur, aut etiam propria, sed non malitiosa voluntate in remotis partibus moram facit, ut de facili vel in brevi citari non possit: ei quidem praedicari non debet, cum habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionem contraria elendendam: eo nequam obstante, quod de lapsi carnis possit opponi: quoniam in coniugio casus multi occuruntur, in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa continentur coguntur.

Ad perpetuam rei memoriam, vel cum agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine lito contestatione recipi, & etiam publicari, b.d. usq; ad 4. In aliis vero.

Sunt & alii casus similiter & speciales, in quibus absque litis contestatione legitimis possunt testes produci, ut quando excessum inquisitio, vel testium publicatio imminent facienda.

Si reus liceat non contestata est contumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionem rei petitca causa custodia: quam tamen recuperat reus venientia annum, si offerat cautionem de flando, iuri, & restitutis expensis: post annum vero his non servatis, non audiatur, nisi super proprietatem. Sed si conveniunt reali, qui nomine alieno possidet, nominabat Dominum in judicio, & statuerit ei terminus, intra quem faciat Dominum comparere: qui si intra terminum non venerit, iudex illum citabit, quo adiung non veniente, iudex mittit alitem in possessionem veram. Si vero reus conuictus actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei, pro modo debitis declarati: & primo mobilium, secundo immobilium, si mobilia non existant: velexcommunicabitur reus, b.d. usq; ad finem.

In aliis vero casibus prudenter est attendendum, utrum contumax reali actione, an personali conveniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petitca possessionem, ut tardio affectus reus veniat responsum. Qui si venerit intra annum (judicio fisti praefixa cautione, & ac exhibita satisfactio congrua expensatum) possessionem recuperet. Quod si cautionem offerte negligiri intra annum: actor post annum verus constituetur possessor: super proprietate duntaxat adversari parti defensione legitima reservara. Quod si super rebus immobilibus quisquam conveniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim in judicio Dominum nominare, certo diecum spacio a judece & statuendo, eoque ad eius notitiam perducendo, ut vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsalem, actoris intentionem excipiat. Si vero post tempus indultum, quod disponitum est, noluerit adimplere: tanquam lite, que ingeneratur ex eo die, quo possessor ad judicium vocatus est,

a. Quot modis probetur aliquis mortuus docet Odofr, in lib. fin. C. de sacro. eccl. Cyn. in l. sequentem C. sol. matr. Maranta in leg. is potest, ubi ponit 23. modos. b. De modo probandi justam absentiam vid. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. c. In antiquis, casus speciales in quibus similiter, &c. d. Vid. l. cùm clericis. C. de Episc. & cleric. e. al. finiendo.

ad interrupendam præscriptionem longi temporis contestata, Dominum possessionis judex tribus & editis legitimis evocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summatim examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absenti super principali questione reservata. Si autem super personali actione conveniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium ipsius, vel immobiliam, si forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumaciam est ecclesiastica sententia proferenda: ita videbitur, quod alterutra poena, qua magis timeri debet, iudex a principio sit contentus: ad alteram nihilominus processurus, si hoc mercuri protteritas contumacis: qui veniens intra annum, vel post annum etiam audierit juxta distinctionem in alio casu superius adnotatam.

## DE IVRAMENTO CALV. mnia.

### TITVLVS VII.

#### CAP. I.

Clericus in causa ecclesie sua invenitum calumnia potest alterum committere: & per sejurate non cogitur, nec debet fieri superius sententia.

Honorius secundus. b.

I NHABENTES veligii prædecessorum nostrorum dicentium graviores questiones per summum Ponit. ficerem terminari: [ i & infra.] Legibus ita [que] comperimus esse cautum, ut nullus clericus jurate presumat. Alii vero reperitur scriptum, ut omnes principales persona in primo litis exordio subeant juramentum calumniae, propter quod plerique venit in dubium, utrum clericus iurandum præstare debeat, aut alicui officium delegare: quia illud constitutionis editum, ubi clerici jurare prohibentur, à [c] Augusto de Constantinopolitanis clericis promulgatum iussi videatur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Vi ergo dubitum ista auferatur, secundum etiam decisionem filii nostri & H. quondam Imperatoris, cuius sunt verba haec: & infra. Eius itaque interpretationem corroboramus & divi [Marti] constitutione ita interpretari debet decernimus, ut ad omnium eccliarum clericorum generaliter pertinere judicetur. Nam cum Imperator Iustinianus decreverit, ut canones Patrum, vim legum habere oportet, & in nonnullis Patrum canonibus reperiatur, ut clerici omnino jurare non audeant, dignum est, ut totus clericorum ordo a jure calumniae præstando sit immunis. Præterea statuti Principis teoritales esse dignoscitur. Nos itaque (divina & humana legis intentione servata) decernimus & Imperiali au-

a. Dicitur, tribus, deest in omn. vet. ex Raymondi & Ant. compilatione. b. In impetu Honor. 3. sed ex Codic. Bart. veterem fictionem restitutus. & Honorius secundum reposuit, ut etiam obseruat. Cont. cum ex ordine Capit. hujus tituli: nam ex Henrico Imperatoris mentore in hoc capit. habita: sextu[m] Eugenius, & sedet circa annum Christi 1126. Imperator Henricus Habetur hoc decretal. post concil. Lateran. sub Alexander. 3. p. capit. 1. & cap. 2. eod. titul. in r. compilatione. In uno Honor. 3. p. mmib[us] Episc. occidentalis. In aliis Honor. simpliciter. & legend. Marciano, ut & infra paulo post. error hinc processit, quod in scriptis codicibus quales habeo, sic scriptum erat: Imperat. Mac. Marcianus. Illi autem scripserunt: Marcus d. Henrico, ut ferbitur in vet. lib. ubi additur eam Henrici constit. Arminianum effe. K[on]g[re]ss. April.

coitate